



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

II. Das Domcapitel zu Brandenburg erhält das Vorkaufsrecht an dem Grundstücke, welches der Augustiner Convent zu Magdeburg in Ziesar besitzt, am 28. Juni 1341.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

## U r k u n d e n.

### I. Inschrift in der Johanniskirche zu Brandenburg über den Tod des Pfarrers Elias zu Ziesar und die von ihm vollbrachte Stiftung eines Franciscaner-Klosters daselbst, vom Jahre 1237.

A. D. M. CCXXXVII. obiit Magister Helias, plebanus in Ziesar, qui domum fratrum ibidem fundavit et consummavit. Propter alia innumera beneficia, que fratribus prestitit, videlicet totam bibliam glossatam, scholasticam historiam, sententias et summam Remundi, habitu fratrum indutus fuit, prout desideravit, et in ecclesia fratrum ante altare Sti. Johannis Baptiste est sepultus, et tandem ossa ipsius in recessu fratrum in Brandenburg vetus sunt deducta et honeste sepulta.

*Fische's Progr. 1749. S. 12. Not. t.*

Der Pfarrer Mag. Helias zu Ziesar wird im Jahre 1226 unter den Lebenden erwähnt Cod. I, VIII, 141.

### II. Das Domcapitel zu Brandenburg erhält das Vorkaufsrecht an dem Grundstücke, welches der Augustiner Convent zu Magdeburg in Ziesar besitzt, am 28. Juni 1341.

Cum per venerabiles Dominos prepositum ceterosque collegii Brandenburgensis Ecclesie attentius fuerimus requisiti, ut si aream seu hospitium, quod fratres nostri ordinis in Zegefere inhabitant et inhabitare intendunt, gracia seu donatione venerabilis in christo patris ac Domini, Domini Ludouici, Episcopi Ecclesie memorate, tempore profuturo aliquo permutationis seu uenditionis titulo, quod tamen absit, alienare nos contingeret, Quod hec nunc possessa a nobis ut diximus pro tanta summa pecunie, quantam ab alio pro huiusmodi habere possemus, predictis Dominis potius quam aliis quibuslibet uenderemus, ne forte, quod absit, si predicta bona ad manum deuenirent extraneam, inde predicti Domini se sentirent merito pregrauatos. Nos igitur fratres philippus prior, Hermannus de Bokenuin, Rudolphus Blöt, lectores, Johannes de Scherembec, Supprior, totusque conuentus fratrum Heremitarum ordinis s. Augustini in Magdeburg supra memorate requisicioni — assensum prebentes unanimiter presentibus uolumus obligari, — quod predicta area seu hospitium quouis alienationis titulo per nos ad manus alterius seu aliorum non deueniet, dummodo supra dicti Domini tantam summam pecunie, quantam ab alio seu aliis possemus recipere, nobis tribuere sint parati. Volumus tamen ut nullus ex hoc occasionem existimationis recipiat, quod sepedictam aream seu hospitium proponamus uendere, quam quantum possumus Deo fauente perpetuo cupimus possidere — Datum Magdeburg, Anno domini M. CCC. XLI, in uigilia Beatorum Petri et Pauli apostolorum.

*Alt. Brand. Cop. Buch.*